

Ex Responso Magistratus et Communitatis Elbingensis, Generoso
 Dno Reinholdo Heidensteinio Secretario et Nuncio Regio
 die 25 Junij, Anno 1586 Dato.

Atterum alii transmarini homines, quia iisdem libertatibus
 peculiaribus, quibus Angli ^{substante} gaudent, hi non volunt, nec pos-
 sunt, non arbitramur eos praeter voluntatem suam et
 contra Privilegia sui Terrarum pactaque publica, ad eiusmodi
 auctorem binumalem a nobis, quibus peculiare maris
 ostium non est cuius ratione et portorium potissimum
 exigi solet, facile adigi posse, quandoquidem illi in ostio
 Regiomontano praestant id, quod debent, alioquin, si
 duplici onere, et Elbinga et in ostio Regiomontano qua-
 rantur, Regiomontani potius omnes et alio se conser-
 terent, ad nos vero nulli accederent, cum quidem nunc
 est, et alias fere praeter Anglicas naves, quarum tamen
 nos nulla etiam nunc Dantisci manent, pauca admo-
 dum hi esse soleant, et astate hac ex universo etiam
 Regno Poloniae, nec dum octo scapulae frumentariae
 appulerint. Atque ut ut ³ Mtes sua, vel nro etiam
 incommodo hac in re commodare velimus: tamen
 videmus parum illi accessurum, si a nobis peregrini
 gravibus oneribus alienentur.

Itaque cum semper Magistratus persuasum et perspectum
 fuerit, Mtes suam, qua est clementia, eximia Civi-
 tatem suam, maxime conservatam et auctam pro-
 tius, quam vastam et hominum commercio orbam esse,
 confidit omnino, Eandem in auctione hac binumalem
 portorii, qua Nuncio Mtes sua Anno priori presen-
 te, et consentiente item Serenissima Regina Anglia

Oratore promissa, et hoc etiam anno collecta fuit.
Sensitissime acquieturam. Quod ipsum et quanta
potest, ac debet submissione Sumilime orat et optat.

Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

D. Remboldus Gerulensium
Nuncius Regis
3